

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

De sancti Ioannis ortu vitæq[ue] ordine planè mirabili. Quo pacto suam  
vitam auspicari debeat is, qui monasticæ vitæ instituto sese dedidit,  
deniq[ue] de verecundiæ, discretionis hilarisq[ue] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

ritet nobiscum Christianorum ac pauperum in sudore vultus sui se suos liberos educantium, & crudo interdum pane duntaxat inter labores immensae fese refocillantium meditaremur, edendi penuriam vilitatemque, quamcumque nostram tenuitatem, delicias putaremus. Porro si accediam nostram, ingratisudinem, si negligentiam, si denique vilitatem nostram agnoscimus, omni prorsus beneficio indignos non inueniremus. Miraremur praterea formidantes, quomodo fieret ut praeterea ceteris hominibus Deus non nihilo tamen plus ceteris amantibus abundantius delicatus providet.   
 Martyrium  
 Ioannis  
 quo nobis  
 imitandum  
 sit.  
 Marc. 6.

Sanctus Joannes, pro iustitia mortem suscepit, quia legem Domini constanter docuit, & praeuaricationem Herodis arguens, pro lege Domini emptus est. Nobis fratres gloriosum sit, nobis optatum sit, quicquid protestitia, quicquid pro Dei legibus, quicquid pro Dei amore, quicquid pro ecclesiis & sanctitatis obseruantia, quicquid denique, ne in Deum peccetur, sufficiendum est: quia totum in martyrii nobis coronam computabitur, si cum horum occasione & Christi amore tulerimus. Et tunc demum probabimus discipuli sancti Ioannis Baptistae, si eius inueniamur imitatores virtutis, praeterea Domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De sancti Ioannis ortu vitaq[ue] ordine planè mirabili. Quo pacto suam vitam auspicari debeat is, qui monastica vita in instituto sese dedidit, denique de verecundia, discretionis, hilarisq[ue] obedientia laude. Sermo VI.*

**Q**uis putas puer iste erit? *Lucas 1.* Festum diem agimus hodie charissimi Christi. Cuius ortum, dum insolita quædam ac mira illustrarent, ijs quibus oculi dati erant spirituales, futurum aliquid è puerò insigne atque magnificum suspiciunt, dicentes: *Quis putas puer iste erit?* Nam sterilium parentum concorditas prænunciata per angelum, nativitas infantis, vita eiusdem ac oratio prophetica descriptio, denique patri dubitanti coelitus impositum silentium, atque rursus eiusdem in filij nativitate linguae referatio, item infantis auctor in utero exultantis, ad Christi needum nati, praesentiam deuotio, nomen quoque coelitus impositum & parenti mirabiliter utrique reuelatum, ac illud immaturæ ætatis rigorosa castigatio, abstinenti studium, mundi fugacem incolatus, quid aliud quæso sunt, quam magna & auspiciatissima sanctitatis præfigium? Ceterum, quia nostrum nemo hic dubitat, & laudes eius beatissimi viri scriptura nulla tacet, adeò ut lectore magis, quam doctore opus sit, ijs tanquam manifestissimis prætergressis, thematis verba ad puerum quemlibet in religione, hoc est, nouitium, seu nouiter Christo renatum vertamus, dicentes: *Quis putas puer iste erit?* Nulla est ars, nullum studium, nulla disciplina, cui quis ut primo se cooperit mancipare, non præbeat mox certa indicia, quantum in ea professione futurum discipulum reddat. Sic in religionis schola non desunt nouiter conuersis, præsertim iuvenibus signa, cymbus & de præsenti, & futuro animæ statu nonnihil coniici queat.

Sunt

Sunt autem tria, quæ illos incommodant maximè. Primum est, casta quadā <sup>Quæna tria</sup> achumilis verecundia. Secundum, feruor, discretione temperatus. Tertium, <sup>commenderet</sup> quævis no-  
obedientia hilaris. Primò igitur dixi pueros, id est, nouitios in religione ve-  
hementer ornari casta quadam & humili verecundia. Hæc vbiunque affue-  
rit, bonæ est indolis specimen, honestatis indicium, simulq; vitæ indies meli-  
oris promittit vberatem. Hanc deuotissimus Bernardus excellenter com-  
mendat adolescentibus, nō quia non sit & in proiectiori ætate omnii studio  
retinenda/ quæ est certe omnium ornatus ætatum ) sed quod teneræ gratia  
verecundia, in teneriori ætate amplius pulchriusq; eniteat. Quid(inquit)a-  
mabilius verecundo adolescenti? quam pulchra hæc, & quam splendida gê-  
ma morum in vita & vultu adolescentis, quam vera & minimè dubia bonæ  
nuncia spei, bonæ indolis index? Virga disciplinæ est illi, quæ pudendis af-  
fectibus imminens, lubrica ætatis motus actusq; leues coerceat, comprimat  
insolentes. Quid ita turpiloquij & omnis deinceps turpitudinis fugitans? So-  
mæ manifestum indicium columbinæ simplici-  
tatis: & id est etiæ testis innocètia. Læpas est pudicæ mentis, iugiter lucēs, vt nil <sup>næ</sup> indicū  
in ea turpe vel indecorūtetur, q; nū illa illico prodat. Ita expūctrix malorū, <sup>quodnā sit.</sup>  
& propugnatrix puritatis innatae specialis gloria cōscientiæ est, famæ custos, humili ef-  
vitæ decus, virtutū primitiæ, naturæ laus, & insigne totius ho-  
festus qui,  
nesti. Rubor ipse genarum, quem fortè inuexerit pudor, quantum gratiæ &  
decoris suffuso offerre vultui solet? Quid denique tam proprium verecun-  
dæ, quam proprias vitare laudes, vitare iactantiam? Hæc Bernardus. Nos ve-  
rò, si quis speciatim verecundia cupiat nosse quæ sunt argumenta, mittimus  
eum ad frontositatis, seu impudentiæ vitium, vt illius videat signa, & con-  
trarijs sibi ediuersò locatis, discat quid honestum, quid sit vitiosum. Porrò,  
inuerecundia signa hæc sunt: morum dissolutio, membrorum incomposi-  
tio, garrulitas, alieni sermonis interruptio, proprij consiliij iactatio, arrogâ-  
tia verborum, libido disputandi, seu contendendi, nouitatum inuentio, præ-  
sumptio singularitatis, & cætera id genus: quæ omnia si in adolescentiore no-  
tantur, verecundiam procul abesse non dubites. Considerandum tamen, qui-  
busdam vitia hæc naturaliter inesse, vnde vehementer sibi displiceant. Quip-  
pe qui aduersus illa nunquam non configant, nec tamen valeant eradicare:  
ijs profectò & si non alsiit verecundia illa naturalis, haudquam id est sem-  
per moralis abesse dicenda est. Quinimò plerunq; sit, vt per humilationes,  
per confusiones, per labores denique & iuges conflictus veniant perfectius ad  
virtutem quam illi, qui suis contenti naturalibus, conquiescunt. Hoc id est  
dixerim, quod sicut nemo, quamlibet bona habeat naturalia, ignavius & de-  
Vitia natu-  
les laudandus, ita nemo bonæ voluntatis, nemo perfectioris vitæ studiosus, talia quō e-  
quantumlibet infirma aut etiam praua habeat, est damnandus: quia vt illi mendāda  
naturæ bonitas nihil confert, quem negligentia facit inertem, ita huic infir-  
mitas non obest, quem tam labendi pronitas, quam emendandi studiositas  
redit feruentiore. Porrò optimus quisque est, quem verecundum atque  
bonum facit, & naturæ generofitas, & virtutis studiosa exercitataq; volun-  
tas. Accedat nunc igitur verecundo & bono adolescenti, quod secundo loco Optimus  
posueram, feruor scilicet deuotionis discretione temperatus, quo socordiam quismam di-  
<sup>Impudentiæ  
indicia quæ  
nam sint.</sup>

Feruor de-  
uotionis  
qualis iuu-  
nibus inesse  
debeat.

omnem, pigritiam, carnalitatem & prorius quicquid diuinæ adferuntur vo-  
luntati, execretur & fugiat: quicquid placere Deo cognoscitur, amer & que-  
rat. Leue sit ei quicquid Dei contemplatione ferendum est, quicquid eus-  
more agendum. In hoc feruore alacriter currit: felix tamen, si discretioni  
habera cursum suum moderetur. Ceterum, quid putamus de illo sperandi  
qui initio torpet, qui nihil nisi carnem sapit, nihil præter humana solida  
querit? Qui laboriosius nihil, quam quod pro Deo agitur, nihil moleatur.

Tyronis de-  
quam vbi propter Deum sudatur. Cui tempus non videtur aliud longius, quod  
sidiōsi, qua-  
lis finis ti-  
mendus.

ad Dei laudes canendas, aut alia quævis veræ pietatis officia quod expens-  
tur? Quis, inquam, ex illo sperandus finis, cuius adeò desidiosum est iniun-  
cti, vt incipiens quasi non incipiat? Hoc non tantum de pueris dixerim, qui  
probationis annus facit nouitios, sed eos etiam nouitios volo, qui facta pro-  
fessione, cùm feruorem non tam polliceri, quam præstare deberent, manu  
nouirij: Scilicet quales Diuus Bernardus taxasse fertur, dum uidam illi  
diceret: Si quadraginta annis in ordine steti & non profecisti, nouitium  
nouitij cen-  
reputo. Aduertendum autem, cùm hic aut feruorem commendamus, an  
fendi. fidiam carpimus, vt nemo de hac sola, quæ sensibilis est passione, puamollie-  
tia quadam, aut econtra duritia cordis existimet nos loqui: quippe cùm  
deuotio sensibilis non in hominis potestate sit, & temptationibus, aut pro-  
rationibus diuinis, item occupationibus interdum pernecessariis, aut man-  
tionalis quæ naturalibus alijs intercepta, desideretur: sed de ea deuotione, de illo feru-  
ore, qui rationalis est, quo animus voluntasq; ipsa rationalis prompta feruor  
ad omnia, quæcunque respiciunt Deum. Porro circa feruorem præsumi-  
sibilem haudquam est negligendum, quod addidi, discretionemque  
Siquidem perinde nocet aut sine feruore, aut sine discretione agere. De  
Bernardus. quo & scitum est illud Diuī Bernardi: Virtus discretionis absque han-  
feruore iacet, & feruor vehemens absque discretionis temperamento, pre-  
Discretio vt  
feruorem  
mentis tē-  
peret.

Discretio vt  
fit auriga  
virtutum.  
Ioan. Caf.

cipitat. Ideoq; laudabilis, cui neutrum deest, quatenus & feruor discre-  
eritat, & discretio feruorem regat. Discretio namq; omni virtuti modis  
ponit, ordo modum tribuit, & decorum etiam, & perpetuitatem. Est ergo  
discretio non tam virtus, quam quedam moderatrix & auriga virtutum, co-  
ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus virtum erup-  
satq; affectio naturalis, in perturbationem magis conuertetur exterminando  
naturæ. Semper autem ( vt verbis yrar Diuī Ioannis Cassiani ) exanimis  
quælibet fatigatio sustinetur, si interiecta ei necessitudo quedam, vel operis  
immutatio qualiscunq; succedat. Sed quo potissimum studio, dicit aliquis,

Discretionē  
veram hu-  
militate ob-  
tinendam  
Moses abbas

Hæc discretio comparabitur, vt nulla ex parte, hoc est, nequenimium pos-  
que minus agendo peccetur? Profecto nulla re alia citius, si primorum pati,  
diffinitionibus fuerit credendum, atque humilitate. Testatur hoc abbas Mo-  
ses secunda Collatione, dicens: Vera discretio, non nisi vera humilitate con-  
sideratur. Cuius hæc erit prima probatio, si vniuersa non solum quæ agi-  
sunt, sed etiam quæ cogitantur, reseruentur seniorum examini. Nullatenus e-  
nim decipi poterit quisque, si non suo iudicio, sed maiorum viuit exempla.

Et serpens terribilis, velut è tenebroso ac subterraneo specu, virtute con-

fessionis protractus ad lucem, & traditus quodammodo ac de honestatus,

abscedit. Et iterum post sanctorum enumera exempla. Inde, inquit, prede-

batur nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum vel instituta contempserit, paruipendens verba illa. Interroga patrem tuum & annunciat tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

Deut 31.

Itaque hac humilitate discretio, & non solum discretio, sed etiam quam tertio loco posueram, obedientia hilaris generatur: vnde scilicet puer in religione seu futuri profectus quodam præfagio ornatur. Siquidem hæc modo nouitium omnibus reddit amabilem atque commendabilem, nec quisquam facilè porest non optima sperare de illo, quem viderit ad contemnendas proprias voluntates, & superiorum exequenda iussa, non vult in rugas contracta, aut lento & difficulti gradu, sed alacriter hilariter prope- rare. Possent quidem multa in huius laudem virtutis dici, sed quia sapientia de ea dixisse me memini, hoc loco supercedeo. Tamen hortor, nudum nouitios sed & vos omnes alios fratres charissimi, vt nihil obedientia preponatis.

Obedientia  
quænam po-  
tissimum  
nouellas  
plantas de-  
ceat.

Quicquid contra obedientiam Deo obtulerimus, non habebit laudem vel meritum, sed supplicium. Multæ sunt, id est, virtutes congregauerunt diuitias me- ritorum, sed obedientia supergressa est vniuersas: quia si vera sit, nunquam suo caret etiam ingenti præmio: cum tamen multa siant bona, quæ quia ex propria voluntate profecta sunt, parum aut nihil meriti comparant ob vitia illis admixta. Præstet nobis Dominus Iesus per merita sanctissimi Præcursoris sui, vt quæ hactenus dicta sunt re ipsa exequamur ad laudem & gloriam ipsius, Amen.

### IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ MARIAE Magdalenæ.

*Quibus admiranda, quibus imitanda sit B. Maria Magdalena.*

Sermo 1.

**V**I DE S hanc mulierem? Luc. 7. In cæteris festis sanctorum fratres charissimi, tametsi celebritas ipsa diei nobis pariat gaudium, & sacra gestorum lectio ad emendationis vitæ nos inuitet exemplum: est tamen quorumlibet ferme sanctorum solennitas catenus nobis aliena, quatenus de illorum innocentia, & sanctitate duntaxat agitur, quæ à nobis peccato obnoxii, vt imitari possit, penè desperatur. Porro hodie sanctissimæ Magdalenæ, haud aliter ac proprio sancto ex ordine nostro, hoc est, ex ordine peccatorum festi agentes, gratulamur: & quod peccatrix conuersa ad summum sanctitatis gradum evecta sit, consolamur. Idcirco sacra Euangelica historia lectio ante mentis oculos hodie nobis spectaculum proponit, quod si accurata consideratione intro recipiatur, non potest cordis nostri duritiam non compungere, scindere, vulnerare. Introducitur namque mulier peccatrix, nō minus vanitate, quam nobilitate insignis, peccati laqueus, diaboli rete, seductrix animalium, ex prædicatione Domini atque occulta eiusdem inspiratione in vas electionis gratissimum conuera, veniens ad Iesum & suæ turpitudinis conscientia, non in faciem, non ante oculos creatoris sui audens comparare: sed præ verecundia stans retro, ex humilitate secus pedes Domini Iesu, propter dolorem, & contritionis abundā-

Luc. 1.